

dens, qui longo usu didicerat quàm esset sagax et prudens Achitophelis ingenium, quem jampridem à consiliis habuerat; non, inquam, videbatur timuisse magis Absalomis arma, quàm Achitophelis explorata consilia. Sciebat enim multitudinem, si consilium absit, sibi ipsi esse nonnunquam impedimento non levi. Dixit enim optimè Plutarchus in Lycurgo, quod sumpsit ex Pindaro: *Consilia senum hastas esse juvenum*. Futilis enim esset hastarum petitio, nisi illis senum prudentia addidisset alimentum. Quare cum audiisset David in eà conjuratione Achitophelè esse principem, orat Dominum, ut illius consilium, quod quasi oraculum aliquod videatur, vanum et inutile, aut, quod idem penè est, nullum habeat utilem eventum.

VERS. 32. — CUMQUE ASCENDERET DAVID SUMMITATEM MONTIS, IN QUO ADORATURUS ERAT DOMINUM. Staturat David, cum primum ad montis fastigium evaderet, adorare Dominum, ut illum sibi propitium redderet, et se, suaque omnia illius voluntati permitteret. Nam in excelsis montibus, antequàm erectum esset templum, excitatas aras, et immolatas esse victimas à viris etiam sanctissimis, non semel audimus 1 Reg. cap. 9, de Samuele: *Hodie venit in civitatem, quia sacrificium est hodie populi in excelso*. Et 3 Reg. cap. 3: *Populus immolabat in excelsis; non enim edificatum erat templum in nomine Domini*. Plura nos in hac sententiâ ad locum proximum ex libro 1 Regum.

OC-CURRIT EI CHUSAI ARACHITES SCISSA VESTE, ET TERRA PLENO CAPITE. Quomodo in luctu conscindi vestimenta soleant, et cinere, aut pulve trovait sans secours contre un parti formidable, où la force et la prudence s'étaient réunies ensemble pour le perdre. Cependant ce prince si alligé ne se trouble ni ne s'abat point dans une conjoncture si affligeante. Il voit ce péril aussi grand qu'il est, mais il a recours à Dieu, qui est son asile, et il lui demande qu'il renverse et qu'il rende inutiles les conseils d'Achitophel. Car il était persuadé de cette grande vérité, qui non seulement est établie par l'autorité de l'Écriture et des saints, mais qui a été reconnue des païens mêmes, que Dieu, étant l'esprit souverain, préside sur tous les esprits, qu'il y répand des ténèbres quand il lui plaît, et qu'il rend insensée la sagesse de ceux dont il a résolu de punir l'orgueil.

David n'eut pas plus tôt fait cette prière à Dieu, qu'il l'exauça au même moment. Car ce que ce prince dit à Chusai, que s'il venait avec lui, il lui serait inutile, mais que s'il allait offrir son service à Absalom, il traverserait les conseils d'Achitophel, était une pensée pleine de lumière, qui fit en effet tout ce qu'il s'était promis, et qui confondit la sagesse ténébreuse d'Achitophel. (Sacy.)

vere conspergi capita, dictum est lib. 1, cap. 4, ubi qui nuntium attulit ad Heli de arca in Philistinorum potestatem adducta, venisse dicitur, *scissâ veste, et conspersum pulvere caput*.

VERS. 35. — SI VENERIS MECUM, ERIS MIHI ONERI. Hæc ad finem capitis aperta sunt: neque aliud continent, quàm jubente rege reversum esse in urbem Chusai, eo consilio, ut dissiparet consilium Achitophel, quod feliciter præstitit, et quicquid in urbe fieret, quamprimum per duorum sacerdotum filios doceret. Illud aut extremum habemus ex hoc capite, eodem die Chusai et Absalomem ingressos in urbem; illum ex monte Olivarum, unde remissus fuerat à Davide, hunc ex Hebrone, quò convenerunt conjurati. Ex quo etiam colligitur satis verisimiliter, eodem etiam die desertam à Davide civitatem, et occupatam ab Absalomè; atque idèò prudenter factum à Davide, cum celerrimâ fugâ Absalomis prævertit adventum. Et fortassè eodem temporis vestigio egressa est ex Hebron hostilis acies, et ex urbe David. Tantum enim videtur David posuisse tempus in adornandâ fugâ, et conficiendo, quod est inter Hierosolymam et montis Olivarum fastigium spatium, quantum Absalom in eo quod Hierosolymam ab Hebrone discludit. Distat autem Hebron à Hierosolymâ sedecim milliaribus, quæ quinque leucas hispanicas complent, quæ uno die faciliè ab exercitu percurri poterunt (1).

(1) DISSIPABIS CONSILIUM ACHITOPHEL. Hanc mihi commodam præstabis operam. Suadet hic David amico suo Chusai, ut personam ludenti honesto viro non plane dignam. Offerre operam suam alicui, ut illum prodât, et prava suggerat consilia! esto, de proditore res sit, de filio in patrem perduelli. An igitur sat est malum agere vel suggerere, ut bonum inde oriatur? An fas est uti prodicione in proditorem, veritatem adversus virum mendacem violare? An crimen cuiusquam excusare nos potest, si quid mali committimus? Reponimus, Davidem non persuasisse amico prodicionem Absalom, neque ut in suum commodum amicitia ac veritatis leges violaret. Hortatus est solummodo, ut lateri Absalom adesset, dissipaturus et eversurus data ab Achitophelè consilia, quemadmodum imperatores solent in castra hostium exploratores mittere, ut hostium gesta omnia illis referentibus discant; vel ut principes in aula exterorum principum epistolarum commercium detinent, ut secreta adversariorum consilia scrutentur, vel rebus et commodis suis contraria omnia submoveant. Absalom erat rebus suis invigilare. Injustum illud, quod patri indixerat, bellum jus Davidi intulerat habendi illum loco adversarii, ac dolo se adversus illum tuendi. Quid vetat ne quis in bello vera consilia sua celet? Nonne ex his petitur mos stratagematum, quem lex nulla

1. CUMQUE DAVID TRANSISSET PAULULUM MONTIS VERTICEM, APPARUIT SIBA PUER MIPHIBOETH IN OCCURSUM EJUS, CUM DUOBUS ASINIS, QUI ONERATI ERANT DUCENTIS PANIBUS ET CENTUM ALLIGATURIS UVÆ PASSÆ ET CENTUM MASSIS PALATHARUM ET UTRÆ VINI.

2. ET DIXIT REX SIBÆ: QUID SIBI VOLUNT HÆC? RESPONDITQUE SIBA: ASINI, DOMESTICIS REGIS UT SEDERANT; PANES ET PALATHÆ, AD VESCENDUM PUERIS TUIS; VINUM AUTEM, UT BIBAT SI QUIS DEFEVERIT IN DESERTO.

3. ET AIT REX: UBI EST FILIUS DOMINI TUI? RESPONDITQUE SIBA REGI: REMANSIT IN JERUSALEM, DICENS: HODIE RESTITUET MIHI DOMUS ISRAËL REGNUM PATRIS MEI.

4. ET AIT REX SIBÆ: TUA SINT OMNIA QUÆ FUERUNT MIPHIBOETH. DIXITQUE SIBA: ORO UT INVENIAM GRATIAM CORAM TE, DOMINE, MI REX.

5. VENIT ERGO REX DAVID USQUE BAHURIM: ET ECCE EGREDIABATUR INDE VIR DE COGNATIONE DOMUS SAÛL, NOMINE SEMEI, FILIUS GERA, PROCEDEBATQUE EGREDIENS, ET MALEDICEBAT.

6. MITTEBATQUE LAPIDES CONTRA DAVID ET CONTRA UNIVERSOS SERVOS REGIS DAVID, (OMNIS AUTEM POPULUS ET UNIVERSI BELLATORES À DEXTRO ET À SINISTRO LATERE REGIS INCEDEBANT.)

7. ITA AUTEM LOQUEBATUR SEMEI CUM MALEDICERET REGI: EGREDERE, EGREDERE, VIR SANGUINUM, ET VIR BELIAL.

8. REDDIDIT TIBI DOMINUS UNIVERSUM SANGUINEM DOMUS SAÛL, QUONIAM INVASISTI REGNUM PRO EO, ET DEDIT DOMINUS REGNUM IN MANU ABSALOM FILII TUI: ET ECCE PREMUNT TE MALA TUA, QUONIAM VIR SANGUINUM ES.

9. DIXIT AUTEM ABISAI FILIUS SARVIÆ REGI: QUARE MALEDICIT CANIS HIC MORTUUS DOMINO MEO REGI? VADAM, ET AMPUTABO CAPUT EJUS.

10. ET AIT REX: QUID MIHI ET VOBIS EST, FILI SARVIÆ? DIMITTITE EUM UT MALEDICAT; DOMINUS ENIM PRÆCIPIT EI UT MALEDICERET DAVID, ET QUIS EST QUI AUDEAT DICERE QUARE SIC FECERIT?

damnat? Cæterum ut Davidis gesta omnia excusemus, nulla nos necessitas cogit. (Calmet.)

1. Après que David eut passé un peu le haut de la montagne, Siba, serviteur de Miphiboseth, vint au-devant de lui, avec deux ânes chargés de deux cents pains, de cent paquets de raisins secs, de cent cabas de figues et d'un vaisseau plein de vin.

2. Le roi lui dit: Que voulez-vous faire de cela? Siba lui répondit: Les ânes sont pour servir de monture aux officiers du roi, les pains et les figues pour donner à ceux qui vous suivent, et le vin afin que si quelqu'un se trouve faible dans le désert, il puisse en boire.

3. Le roi lui dit: Où est le fils de votre maître? — Il est demeuré, dit Siba, dans Jérusalem, en disant: La maison d'Israël me rendra aujourd'hui le royaume de mon père.

4. Le roi dit à Siba: Je vous donne tout ce qui était à Miphiboseth. Et Siba répondit: Je vous prie, ô roi, mon seigneur, que je trouve grâce devant vous.

5. Le roi David étant venu jusqu'à Bahurim, il en sortit un homme de la maison de Saül, appelé Séméï, fils de Géra, qui s'avavançant dans son chemin, maudissait David;

6. Lui jetait des pierres et à tous ses gens, pendant que tout le peuple et tous les hommes de guerre marchaient à droite et à gauche à côté du roi;

7. Et il maudissait le roi en ces termes: Sors, sors, homme de sang, homme de Bélial.

8. Le Seigneur a fait retomber sur toi tout le sang de la maison de Saül, parce que tu as usurpé le royaume pour te mettre en sa place; et maintenant le Seigneur fait passer le royaume entre les mains d'Absalom, ton fils, et tu te vois accablé des maux que tu as faits, parce que tu es un homme de sang.

9. Alors Abisai, fils de Sarvia, dit au roi: Faut-il que ce chien mort maudisse le roi, mon seigneur? J'irai, et je lui couperai la tête.

10. Le roi dit à Abisai: Qu'y a-t-il de commun entre vous et moi, enfant de Sarvia? Laissez-le faire, car le Seigneur lui a ordonné de maudire David; et qui osera lui demander pourquoi il l'a fait?

11. Et ait rex Abisai et universis servis suis : Ecce filius meus, qui egressus est de utero meo, quærit animam meam; quanto magis nunc filius Jemini! Dimittite eum ut maledicat juxta præceptum Domini,

12. Si fortè respiciat Dominus afflictionem meam, et reddat mihi Dominus bonum pro maledictione hæc hodiernâ.

13. Ambulabat itaque David et socii ejus per viam cum eo; Semei autem per jugum montis ex latere contra illum gradiebatur, maledicens, et mittens lapides adversum eum, terramque spargens.

14. Venit itaque rex et universus populus cum eo lassus, et refocillati sunt ibi.

15. Absalom autem et omnis populus ejus ingressi sunt Jerusalem, sed et Achitophel cum eo.

16. Cùm autem venisset Chusai Arachites amicus David ad Absalom, locutus est ad eum : Salve, rex! salve, rex!

17. Ad quem Absalom : Hæc est, inquit, gratia tua ad amicum tuum? quare non ivisti cum amico tuo?

18. Responditque Chusai ad Absalom : Nequaquam, quia illius ero quem elegit Dominus et omnis hic populus et universus Israel, et cum eo manebo.

19. Sed, ut et hoc inferam, cui ergo serviturus sum? nonne filio regis? Sicut parui patri tuo, ita parebo et tibi.

20. Dixit autem Absalom ad Achitophel : Inite consilium quid agere debeamus.

21. Et ait Achitophel ad Absalom : Ingrederere ad concubinas patris tui, quas dimisit ad custodiendam domum, ut, cùm audierit omnis Israel quòd fœdaveris patrem tuum, roborentur tecum manus eorum.

22. Tetenderunt ergo Absalom tabernaculum in solario, ingressusque est ad concubinas patris sui coram universo Israel.

23. Consilium autem Achitophel quod dabat in diebus illis, quasi si quis consuleret Deum; sic erat omne consilium Achitophel, et cùm esset cum David, et cùm esset cum Absalom.

11. Le roi dit encore à Abisai et à tous ses serviteurs : Vous voyez que mon fils, qui est sorti de moi, cherche à m'ôter la vie : combien plus un fils de Jemini, un Benjaminite, naturellement attaché à la maison de Saül, doit-il me traiter de cette sorte! Laissez-le faire, laissez-le me maudire, selon l'ordre qu'il en a reçu du Seigneur;

12. Et peut-être que le Seigneur regardera mon affliction, et qu'il me fera quelque bien pour ces malédictions que je reçois aujourd'hui.

13. David continuait donc son chemin accompagné de ses gens; et Séméï, qui le suivait, marchait à côté sur le haut de la montagne, le maudissant, lui jetant des pierres, et faisant voler la poussière en l'air.

14. Le roi arriva enfin à Bahurim, et avec lui tout le peuple qui l'accompagnait, très-fatigué; et ils prirent là un peu de repos.

15. Cependant Absalom entra dans Jérusalem, suivi de tous ceux de son parti et accompagné d'Achitophel.

16. Chusai d'Arachi, ami de David, s'étant présenté à Absalom, lui dit : O roi, Dieu vous conserve! Dieu vous conserve, ô roi!

17. Absalom lui répondit : Est-ce donc là la reconnaissance que vous avez pour votre ami? D où vient que vous n'êtes pas allé avec votre ami?

18. Dieu m'en garde, dit Chusai; car je serai à celui qui a été élu par le Seigneur, par tout ce peuple et par tout Israël; et je demeurerai avec lui.

19. Et de plus, qui est celui que je viens servir? n'est-ce pas le fils du roi? Je vous obéirai comme j'ai obéi à votre père.

20. Absalom dit alors à Achitophel : Consultez ensemble pour voir ce que nous avons à faire.

21. Achitophel dit à Absalom : Abusez des concubines de votre père qu'il a laissées pour garder son palais, afin que lorsque tout Israël saura que vous avez déshonoré votre père, ils s'attachent plus fortement à votre parti, ne voyant plus d'apparence que vous puissiez vous réconcilier avec lui.

22. On fit donc dresser une tente pour Absalom sur la terrasse du palais du roi; et il abusa devant tout Israël des concubines de son père, selon que Nathan l'avait prédit à David.

23. Or, les conseils que donnait Achitophel étaient regardés alors comme des oracles de Dieu même, et on les considérait toujours ainsi, soit lorsqu'il était avec David, soit lorsqu'il était avec Absalom.

COMMENTARIUM.

VERS. 1. — CUMQUE DAVID TRANSSISSET PAULULUM MONTIS VERTICEM, APPARUIT SIBA (1). Hic Siba est ille, de quo cap. 9, qui servus fuit ante Jonathæ, nunc verò Miphiboseth. Qui cùm vellet aliquam à rege gratiam inire, non putavit hanc occasionem omittendam. Quare aut egressus est ex urbe, ubi tunc morabatur, cum cibo egentibus, aut iter agentibus opportuno; aut certè sumpsit ex proximâ villâ, in quâ collectos ex agro fructus asservabat. Illud prius placet magis, quia ipse Siba apertè docet se egressum ex urbe, ubi ait domini sui filium esse relictum, hilarem et exultantem, quòd esset expulsus David è regno, à quo avus ejus exciderat. Illi porrò fructus, quibus duos oneravit asinos, illius regionis erant familiares, atque vernaculi; quales etiam obtulit Abigail, cùm eadem regem necessitas urgeret. Sed ibi plura alia sunt à prudentissimâ feminâ comparata, quæ ante pro regio epulo, plurimisque convivis adornaverat. (2)

(1) IN OCCURSUM EJUS. Maluerim ego vertere : Apparuit veniens Siba, ut jungeret se, ut opperiretur Davidem, nisi fortè Siba viâ compendio præverterit Davidem cæterosque ejus comites, qui pedestres gradiebantur.

CENTUM ALLIGATURIS UVÆ PASSÆ. Hebræus : centum zimmukim.

CENTUM MASSIS PALATHARUM. Hebræus : Centum æstivis, vel centum libris, seu mensuris fructuum, seu ficuum, vel uvarum æstivarum; neque enim in textu fructus et mensuræ nomen exprimitur. Hebræum kaiz, quod sonat æstatem, usurpatur etiam pro botris recentibus, vel etiam præcocibus, quales descriptimus agentes de uvis, quas exploratores Moysis è terrâ Chanaan retulerunt. Collatis autem inter se variis Scripturæ locis, eandem vocem exhibentibus, resultat, fructum hunc colligi cum vindemiâ et post messem consuevisse. Jeremias capite 40, 10 : Colligite vindemiam et messem (Hebræus, kaiz). Et capite 48, 52 : Super messem tuam (Hebræus, super kaiz), et vindemiam tuam prædo irrui. Commodè etiam accipitur de fructibus omnibus, qui per autumnum, exeunte æstate, colliguntur. Michæas : Factus sum sicut qui colligit in autumno racemos vindemiæ (Hebræus : Sicut qui colligit kaiz), non est botrus ad comedendum, præcoquas ficus desideravit anima mea. (Calmet.)

(2) VERS. 2. — ASINI, DOMESTICIS REGIS UT SEDEANT : PANES ET PALATHE, AD VESCENDUM. Hebræus : Asini domui regis ad equitandum et præliandum, et kaiz ad comedendum. Unius litterulæ additio nomen panis transformat in vocem quæ sonat præliari. Septuaginta et Vulgata litteram hanc vel non legerunt, vel neglexerunt ut superfluum; notant illam pariter Judæi tanquam litteram non legendam; idcirco profectò, quòd asinum bellicosum animal non esse, et in usus bellicosos nunquam valuisse crediderint. Sed in hæc ipsâ historiâ

VERS. 4. — TUA SINT OMNIA, QUÆ FUERUNT MIPHIBOSETH. Hoc agebat Siba, dùm tam se in regem officiosum ostendit, ut quæ data fuerant Miphiboseth prædia, regis beneficio sibi vendicaret. Quod facilè à rege benevolo et grato consecutus est; cùm enim in Siba animus videret, saltem in specie, liberalem et officiosum; in Miphiboseth autem insignis immemorem beneficii, quique illius oblectaretur incommodis, qui regiâ ipsum dignatus mensâ fuerat, et non secus ac filium amplectebatur : æquum existimavit illum ornare agris et possessionibus propter grati animi atque fidelis officium; hunc autem iisdem agris spoliare propter hostilis animi impudentem injuriam.

ORO UT INVENIAM GRATIAM CORAM TE. Gratias agit pro tam liberali, ac regiâ munificentia, quasi nihil aliud aut petat, aut cupiat, quam illum habere gratum; modestè tamen, et astutè contendit, ut beneficium illud velit esse perpetuum, à quo beneficio nunquam excidet, nisi fortè à regiâ gratiâ atque benevolentia excidere contingat.

VERS. 5. — ET ECCE EGREDIEBATUR VIR DE COGNATIONE DOMUS SAUL NOMINE SEMEI (1). Ad cæ-

nonne Absalom è mulo decertat? Demonstrat Bochartus, Persas et Arabes non semel asinis vectos certamini adfuisse, asseritque Elianus, Saracenos uti asinis in bello, quemadmodum Græci equis. Merwan, vigesimus primus Califa, Asini Mesopotamiæ cognomen obtinuit, quòd scilicet nunquam in prælio referret pedem, uti assueti bello asini, qui nunquam retrocedunt.

Obtulisse se ait Siba asinos et cibaria in usum servorum regis; quæ loquendi phrasis est Orientalibus familiaris. Ita de utensilibus pretiosis usurpant; digna sunt hæc, ut condantur in thecâ vestiariâ servorum regis. Legatus aliquis ad regem salutandum admissus, osculatum se esse, ait, pedes servorum regis, etc. (Calmet.)

VERS. 3. — Le roi dit à Siba : Où est le fils de votre maître? Il est demeuré, dit Siba, à Jérusalem, en disant : La maison d'Israël me rendra aujourd'hui le royaume de mon père. Nous ne parlerons point maintenant de la fausseté de ce que Siba avance ici contre Miphiboseth son maître, parce que nous verrons dans la suite de cette histoire de quelle manière Miphiboseth soutient lui-même son innocence devant David contre la perfidie de son serviteur. (Sacy.)

(1) USQUE BAHURIM. Locus erat ad septentrionem Jerosolymæ, in tribu Benjamin. Phaltiel, Micholis maritus, eò usque uxorem suam comitatus est plorans, cùm Abner illum reduxit ad Davidem, Hebræum באחורים, Bachurim, sonat, juvenes delecti. Idem pariter locus nomen obtinuit Almuth, vel Almath, vel Almon, quod juventutem sonat. (Calmet.)

teras vexationes, quæ sanè gravissimæ fuerunt, accessit alia, quæ excruciare regium animum acerbissimè potuit. Vir enim quidam de cognatione Saülis, qui diù, ut apparet, metu inveteratum odium in Davidem compresserat, ubi excidisse existimavit è regno, evomuit in illum quiddam fellis et acerbitalis imbibe- rat. Neque solum diris exagitavit conviciis, sed etiam quo licuit modo, lapidibus appetit et fœdavit pulvere. Quæ verba jactarit, nosse difficile non est. Illud hic observandum, hæc verba lib. 3, cap. 2, v. 8, à Davide vocari *maledictionem pessimam*. Sic enim ille moriturus ad Salomonem filium: *Habes quoque apud te Semei filium Gera filii Jemini de Bahurim, qui maledixit mihi maledictione pessimâ*. Quo loco ubi *Vulgatus pessima*, Hebraicè est *nimreset*. Quam vocem Hebræi, ut in Quæst. Hebraicis observavit Hieronymus, sic expendunt, ut in singulis litteris contumeliosum aliquid latere putent. Quinque litteris constat vox illa Hebraica; totidem in eâ continentur opprobria. In נמס intelligitur נאס *noeph*, id est, *adulter*; quâ voce objectum est Davidi adulterii crimen. In מם continetur *Moabita*, quo nomine exprobratum est Davidi, quod genus duceret ex Ruth, id est, ex alienâ, atque ignobili Moabitarum stirpe. In רשע , רשע *roseach*, quæ homicidam sonat. In סדע , סדע , *saruahh*, id est, leprosus, quia non aliter David ejectus videbatur ab urbe, quam leprosus, cujus consor-

Semei s'avancant dans son chemin maudissait David et lui jetait des pierres et à tous ses gens. La modération de David à l'égard de Semei se peut appeler l'action la plus glorieuse de la vie de ce grand saint. Il avait combattu contre Goliath, étant tout jeune, et il avait été considéré dès lors comme le vainqueur des géants. Mais ce qu'il fait maintenant est sans comparaison au dessus de cette première gloire. Il se surmonte lui-même; il fait violence à la nature; il étouffe tous ces ressentiments qui nous piquent d'une douleur si vive et si pénétrante, principalement lorsque nous sommes outragés devant tout le monde, avec une audace pleine de mépris; par une personne qui est sans comparaison au-dessous de nous, et dont nous pouvons arrêter l'insolence sans aucune peine.

Toutes ces circonstances se rencontrent au souverain degré dans les insultes que Semei fait à David. Aussi elles paraissent insupportables à ses officiers, et David est obligé de les retenir, afin qu'ils ne lui ôtent pas le mérite de la souffrance, sous prétexte de le venger des outrages d'un homme insolent. Car ce prince, étant aussi éclairé qu'il l'était, savait combien cette occasion devait être précieuse. Il la recevait de la main de Dieu comme une très-grande grâce, et il la ménageait comme un trésor.

(Sacy.)

tium horrent et execrantur alii. In טא comprehenditur טובח *toebah*, quod abominabile significat. Ex litteris autem acrostichis, id est, initialibus, vocem aliquam componi, quæ multarum dictionum vim obtineat, probat illud Dan. 5: *Manè, tekèl, phares*. Ubi nos eâ de re pluribus, et in illis hæc eadem adduximus, quæ nunc de maledictione *Semei*.

VERS. 6. — MITTEBATQUE LAPIDES CONTRA DAVID. Licet adigi lapis non posset ad illum locum, ubi erat David, neque si posset, illum attingeret, quia totus populus et universi belatores regium latus undecumque cingebant: erat tamen gravis injuria, quia illudebat intentatâ saltem lapidatione regi, et illum aliquid esse sordidum et vile significabat, imò et lapidum supplicio dignum judicabat, cum alienum adulterino congressu torum violasset, cui sceleris indicta erat à lege lapidatio. Deut. cap. 22. Quod nos pluribus ostendimus in cap. 13 Dan. n. 57. Et super Ezechielem ad illud cap. 23, v. 45 et 47: *Judicabunt eas judicio adularum, etc. Et lapidantur lapidibus populorum*. Simile aliquid accidit Paulo Actor. cap. 22, v. 23, adversus quem jactatus dicitur pulvis, sed in aerem. *Projicientibus vestimenta sua, et pulverem jactantibus in aerem*. Ubi in nostris commentariis ad illum locum diximus, nobis videri eo signo ostendi, blasphemum esse Paulum, dignumque juxta legem, qui lapidationis supplicium subiret. Spargebant autem in illum pulverem Judæi, quia lapides non erant in templo, quos sursum jactarent; satis tamen significabant, quod vellent in Pauli caput supplicium decerni. (1)

(1) VERS. 7. — *Semei maudissait le roi en ces termes: Sors, sors, homme de sang, et homme de Béliâl*. David écoute ces reproches si sanglants avec un esprit tranquille, parce qu'il se faisait justice à lui-même, et qu'il reconnaissait qu'il y avait quelque chose de très-véritable parmi ces accusations fausses dont Semei le noircissait avec tant d'aigreur. Il lui reproche qu'il avait répandu le sang des princes de la maison de Saül, et que Dieu permettait avec grande raison que son propre fils lui enlevât la couronne, parce que lui-même l'avait ravie au roi légitime. Ces injures étaient certainement pleines de mensonges. Mais en même temps David avouait devant Dieu que, selon les reproches de Semei, il était véritablement un homme de sang, et un homme de Béliâl, c'est-à-dire un méchant et un scélérat, parce qu'il avait répandu le sang d'un serviteur très-fidèle avec une cruauté détestable. Ainsi il se disait à lui-même devant Dieu les paroles de cet homme insolent, injurieuses en un sens, et très-véritables en un autre: *Tu te vois acablé des maux que tu as faits, parce que tu es un homme de sang*.

(Sacy.)

VERS. 9. — DIXIT AUTEM ABISAI FILIUS SARVIE REGI: QUARE MALEDICIT CANIS HIC MORTUUS DOMINO MEO REGI? Ferebat patienter rex suorum peccatorum conscius, et pœnitens, maledicas voces; non tamen illi viri fortes, et regii nominis amantes, qui Davidis latus hinc inde stipabant. Quorum unus Abisai, tam maledicæ ac rusticæ loquacitatis impatiens, facultatem à rege petiit, ut tanti sceleris atque impudentiæ vindex petulantissimi hominis caput amputaret. Quem canem appellat mortuum, qui proverbiali specie abjectissimum hominem et odiosissimum indicat. Quid sit canis mortuus, aut caput canis, et quis istius nominis familiaris usus, diximus ad illud lib. 1, cap. 24, v. 15, ubi hoc ipsum de se dixit David ad Saulem: *Canem mortuum persequeris, et culicem unum*. Et supra cap. 9, Miphiboseth ad David: *Respexisti super canem mortuum*.

VERS. 10. — DIMITTE EUM UT MALEDICAT: DOMINUS ENIM PRÆCEPIT EI, UT MALEDICERET DAVID. ET QUIS EST (1), QUI AUDEAT DICERE QUARE SIC Fecerit? Gravissimum hoc documentum est, et fortassè eo nullum potentius, ad sedandum animum, confirmandumque contra omnes hominum injurias, et quæcumque incommoda, sive à fortunæ adversitate, sive ab imbecillitate naturæ, sive ab hominum insidiis, et impro-

Hebræus: *Domini dicit ei: Maledic David.* (Calmel.)

(1) *Le roi dit à Abisai: Laissez-le faire, car le Seigneur lui a ordonné de maudire David, et qui osera lui demander pourquoi il l'a fait? David parle ici en prophète. L'expression dont il se sert est d'autant plus obscure qu'elle est plus haute et moins proportionnée à la faiblesse de notre raisonnement. C'est ce que saint Augustin reconnaît lui-même, et il l'éclaircit en cette manière: Ces paroles de David, dit ce saint, sont pleines d'une sagesse véritable, humble et profonde. Et néanmoins, qui est le sage qui puisse comprendre la manière en laquelle Dieu a ordonné à cet homme de maudire David? Car s'il l'avait fait effectivement par un ordre qu'il en eût reçu de Dieu, il aurait plutôt mérité des louanges pour lui avoir obéi, que la punition à laquelle il a été depuis très-justement condamné. Ce que nous devons donc concevoir par cette expression, c'est que Dieu ne pouvant avoir aucune part à la malice des hommes, et tout pouvoir néanmoins de lui, selon saint Paul, il a abandonné Semei au dérèglement de son esprit et de son cœur, et qu'ainsi cet homme superbe s'est emporté ensuite contre David sans aucune crainte de Dieu ni des hommes, et l'a déchiré d'une manière d'autant plus insolente, qu'il croyait qu'Absalom allant être roi, son audace pourrait être récompensée ou qu'au moins elle demeurerait impunie.* (Sacy.)

bitate proveniant: si consideramus illa non fortuito, et casu, aut à mortalium perfidia fuisse profecta, sed potius à vidente atque jubente, aut annuente Domino contigisse. Adversus quem velle quidquam moliri, et quam putamus injuriam vindicari, ejus esset, in quo neque pietas esset ulla, neque pudor, aut mens. Sic Jeremias, Thren. 3, v. 4, ad Dominum pro populo quem in captivitate abegerat: *Nos iniquè egimus, et ad iracundiam provocavimus, idcirco tu inexorabilis es: operuisti in furore, et percussisti nos; occidisti, nec pepercisti*. Sic Job percussum se dicit à Deo, et omnia bona ab illo fuisse sublata, cum tamen illorum greges invasissent, diripissentque Sabæorum et Chaldæorum turmæ, quia sciebat nihil fieri posse, inscio aut non permittente Deo. Hæc secum meditabatur prudens, et religiosus princeps, quia se peccasse recordabatur, et illas secum recolebat minas, quas à Deo per prophetam audierat.

Hic sanè affectus est ejus, qui se peccati reum agnoscit, quemque peccati pœnitet, et expiari sustinendo cupit in se peccati labem. De hæc Davidis mansuetudine multa, et graviter Patres, ex quibus nos nostro more pauca. Bernardus serm. 34: *Parum est cum per seipsum humiliat nos Deus, si tunc libenter accipimus, nisi quando et per alium hoc facit, sapiamus similiter. Quamobrem accipite hujus rei mirabile documentum de sancto David. Aliquando maledictum est illi, et à servo; at ille ne cumulatam injuriam sensit, quia præsensit gratiam. Quid mihi, ait, et vobis, filii Sarviæ? O verè hominem secundum cor Dei, qui se ulciscenti potius, quam exprobranti succensendum putavit. Unde et secreta conscientia loquebatur: Si reddidi retribuentibus mihi mala, decidam meritò ab inimicis meis inanis. Vetuit ergo prohiberi maledicum conviciantem, quæstum existimans maledicta. Et addit: Dominus misit illum ad maledicendum David. Prorsus secundum cor Dei, qui de corde Dei ferebat sententiam. Sciebat lingua maledica, et ille intendebat, quid in occulto ageret Deus. Vox maledicentis in auribus, et animus inclinabat se ad benedictionem. Numquid in ore blasphemus Deus? Absit; sed eo usus est ad humiliandum David. Nec latuit prophetæ suæ manifestaverat Deus. Et ideò dicit: *Bonum mihi, quia humiliasti me.* Idem penè Gregorius lib. 31 Moral. cap. 17, qui cum*